



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

Excusatio Authoris ad lectorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

Cum legeris Tyrobas breues regulares rubricas, queso ut silas dextera, & non leua manu accipias: quia quicquid amicus dat, placet o vultu (& si plene laudare noluieris) est accipiendum: non autem dente canino lacerandum. Hoc ideo onus libenti animo assumpsi, vt minus prouecti ad diuinum officium celebrandum facilius introducantur, & ad laudem Dei, cui soli laus, honor, & gloria in secula seculorum. Amen.



Accipe Reuerendi Patres, & Domini Sacerdotes tandem post longam expectationem, & plura temporum spatia Sacerdotalem librum, tripartitum per venerabilem Patrem F. Albertum Castellanicum Venetum, Ordinis Prædicatorum professorem: summo laboribus, uigilijs, & expensis collectum, elaboratum, ad finem peroptatum perductum, & consummatum: in quo sine labore & multorum librorum reuolutione conclusimè, summam, clarè, & distincide, eua ad uestrum officium spectare, & conuenire dignoscuntur collecta, digesta, probata, & approbata esse noscuntur, ut nil Sacerdoti curam animarum gerenti aliud de perquirere sit necesse. In prima siquidem parte Sacerdos quilibet qualiter uiuere, quid discere, quid docere debeat: ecclesiastica sacramenta, & illis annexa et accessoria qualiter conficienda, ministranda, exercenda, & conseruanda sint luce clarè inueniet: ita ut nil necessarium opportunumq; eius ministerio sit pretermisum. In secunda benedictiones diuersæ ad Sacerdotem non Episcopum pertinentes, in magna numero assignantur. In tertia & ultima parte ritus processionum tam ordinariarum, quam extraordinariarum, plenissimè exarantur. Adiunguntur insuper Tractatus Cõpium Ecclesiastici, cum Exorcismis & coniurationibus demoniacorum: & contra pestes ingruentes: Rubrica etiam generales Breuiarij noui. Nouissime ab aliquorum instantiam quidam breues sermones per Sacerdotem ad populum habendi in alijs quibus solennitatibus, & tempore cõtractus nuptiarum, & electionis Plebani. Quæ omnia clarius in Repertorio libri ante eius principium posito patebunt. Hac omnia Patres Reuerendi in hoc Volumine congesta & aggregata inuenietis: non modo secundum Sacrosanctam Romanam Ecclesiam, sed etiam aliarum Ecclesiarum ritum ordinata. Quæ si uestris Reuerendis P. grata accepta erunt, Deo honorum omnium largiri ui immortales reddite & exhibete gratias: & Alberti Castellani Veneti, Ordinis Prædicatorum, filij uestri, qui tantum laborem subiit in uestris missis, & orationibus rogo memores estote.

Valete Patres optimi.

Al. Soci. Jesu Paderborn. 1610

FINIS.